tes eius[illegible] non opponun/
tur. [illegible] de se inu[illegible] non predi/
[illegible]tur. quia significan[illegible] diuer/
se rationes personarum. Sicut eti/
am non dicimus ꝙ attributum po
tentie sit attributum scientie. licꝫ di/
camus ꝙ potentia sit scientia. Es/
sentialia vero que non habent ordi/
nem ad actum. sed remouent con/
ditōnes creature a deo. possunt pre
dicari de notōnibus. possumus em̄
dicere ꝙ paternitas est eterna. imen
sa vel quodcunqꝫ huiusmodi. Et si
militer propter identitatem rei pos/
sunt substantiua personalia ⁊ essen
tialia predicari de notōnibus. pos/
sumus enim dicere ꝙ paternitas est
deus. aut ꝙ paternitas est pater seu
deus pater. Regula nāqꝫ valde au
rea in diuinis est. ꝙ ad enunciandū
vere aliquid de altero in diuinis nō
solum oportet ad ipa significata ter
minorum attendere. sed etiā ad mo
dum concipiendi aut significādi. ex
quibus tota propositio ostenditur
manifesta. igitur ⁊c̄.

¶ In diuinis sunt quedam ppō
nomina persone patris pro/ ix
pria censenda. Insuper que/
dam sunt nomina ipsi filio vi
sue emanatiōis etiam proprie
conuenientia

¶ Hec propositio ſm eius par/
tes deducitur. Nā regula est ꝙ hoc
nomen est proprium cuiuslibet per/
sone quod significat id per quod il/
la persona distinguitur ab omibus
alijs. Id autem per quod distingui
tur persona patris ab omnib⁹ alijs
est paternitas. Unde proprium no
men persone patr̄ est hoc nomē pa
ter. qđ significat paternitateꝫ. q̄uis
autem generans aut genitor sub/
stantiue tenta. etiam possint dici pro
pria nomina patris. tamē pater po/

tius est nomen diuine persone. eo ꝙ denominatio maxime fieri debet a completiõe ꝛ fine. generatio autem significatur vt in fieri. sed paternitas significat complementum generationis. et quia generatio capit speciem a termino qui est forma generati. et quanto fuerit propinquior forme generantis ꝛ geniti. tanto verior et perfectior est generatio. sicut generatio vniuoca est perfectior q̄ generatio non vniuoca. nam de ratione generantis est ꝙ generat sibi simile ẜm formam. In diuinis autem est eadem numero forma generantis ꝛ geniti. ꝛ ad veritatem diuine generationis pertinet ꝙ per sola3 relationem fiat distinctio generantis ꝛ geniti. hinc est ꝙ verius ꝛ prius ẜm rem dicitur nomen paternitatis in diuinis q̄ in creaturis. Propter quod etiam apostolus ad Ephesios tercio dicit. Flecto genua mea ad patrem domini Jhesu christi. ex quo omnis paternitas nominatur in celo ꝛ in terra. Iterum ex eodem habetur ꝙ nomen patris per prius dicitur in diuinis ẜm ꝙ sumitur personaliter q̄ essentialiter. Nam regula est ꝙ vnumquodq; nomen ꝑ prius dicitur de illo in quo perfecte saluatur tota ratio nominis. q̄ de illo in quo solum saluatur ẜm aliquid Constat autem ꝙ nomen patris et filij ẜm perfectam rationem inuenitur in diuinis. quia ibi verissima est generatio. Sed in creatura filiatio inuenitur respectu dei non ẜm perfectam ratõem. cum non sit vna natura creatoris et creature. sed ẜm aliqualem similitudinem que gradatim inuenitur participiata. Nam creaturaꝝ irrationalium deus dicitur pater propter similitudinem vestigij. ẜm illud Job tricesimoseptimo. Quis est pluuie pater aut quis genuit stillas roris. Alicuius vero creature scilicet ratiõalis secundum similitudinem imaginis. secundum illud Deuteronomij tricesimosecūdo. Nonne ipse est pater tuus qui possidet et fecit ꝛ creauit te. Aliquorum vero secundum similitudinem gratie qua etiam dicuntur filij adoptiui secundum ꝙ ordinantur ad hereditatem eterne glorie. secundu3 illud ad Romanos octauo Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro ꝙ sumus filij dei ꝛ heredes. Aliquorum secundum similitudinem glorie prout iam hereditatem glorie possident. ẜm illud quod scribit idē apostolus Paulus ad Romanos quinto. Gloriamur in spe glorie filiorum dei. Itaq; ex omnibus preinductis manifeste patet ꝙ ꝑus dicitur paternitas in diuinis notionaliter secundum ꝙ importatur respectus persone ad personam q̄ eēntialiter. sc3 prout importatur respectus creatoris ad creaturam.

¶ Rursus hoc nomē ingenitus seu innascibilis ponitur proprium nomen patris in diuinis. Ita tamen ꝙ negatio designata per ly in nō teneatur simpliciter negatiue. sic enim ingenitum couenit spirituisancto. s3 ly in designat negatõnem simul aliquid ponentem. Nam ingenitum valet tantum sicut persona diuina non genita. que est principium alterius persone diuine. vel vt intelligatur in nomīe ingeniti id quod omnino non est ab alio. et non solu3 q8 sit ab alio per generationem. sic eīn neq; spiritusancto conueniet esse ingenitum qui est ab alio per processionē vt persona subsistens. Nec etiā diuine essentie d[illegible]a potest dici ꝙ est in filio vel [illegible] ab alio sc3 a pa[illegible] q̄uis (vt [illegible] cōiter argu[illegible]tatiue obijci) ꝙ esse ꝑsonā

improcessibilem soli patri conueni/
at. tamen pro eius notione non cō/
sueuit poni improcessibilitas. tum
quia productio spiritussancti nō ha
bet speciale nomen. Ideo illa nomi/
natur nomine processionis tanꝗ̄ si
bi proprio. tum quia ordine nature
presupponit generationem filij. vn/
de remoto a patre ꝙ non sit genitus
cum tamen sit principium generati
onis. sequitur consequenter ꝙ non
sit procedens processione spiritus/
sancti. qui non est principium alte/
rius persone. ¶ Similiter patet se/
quunda pars. nam hec nomina cō/
cedūtur filio in diuinis propria. sci/
licet filius. proles. verbum. imago.
sapientia genita. splendor patris.
genitus. vnigenitus. ꝛ sic de simili/
bus Et hoc facile ē intelligere ex ipa
propria ratione sue processionis. nā
vt añ prehabitū est. persona filij pro
cedit per modum intelligibilis ac/
tionis. que est operatio vite a prin/
cipio. Et ſm rationem similitudi/
nis et in eadem natura. Omne au
tem sic procedens ex ipsa ratione ꝓ
cessionis vendicat sibi esse filium et
verbum. imaginem. ꝛ esse noticiam
genitam. et sic de alijs. Quicun/
ꝗ̄ enim intelligit ex hoc ipso ꝙ in/
telligit in eo procedit ad intra ipm
quod ē ꝯceptio rei intellecte ex eius
noticia procedens. et dicitur verbū
cordis significatū verbo vocis. vn/
de si verbum proprie sumatur in di
uinis tunc dicitur personaliter. ꝛ est
proprium nomen filij. ꝛ similiter de
alijs nominibus. Et ꝗ̄uis prenu/
merata nomina sint plura ꝛ non sy
nonyma. tamen ipsa natiuitas filij
que est vna eius ꝓprietas ꝑsonalis.
omnib[illegible] significatur
tanta [illegible]st plenitudo [illegible]fectionis
emanationis filij ꝙ vnico [illegible] pau
cis noib⁹ eius ꝓprietas neqꝫ sufficiē

ter explicari. Et q2 verbū mente cō
ceptum est rep̄sētantiuū oīs eius
qđ actu intelligit. et de⁹ vnico actu
se ꝛ oīa alia intelligit. ideo vnicū
verbū patris est expressiuū ei⁹ ꝛ om
niū creaturarū. ita tñ ꝙ verbum dei
eius qđ est in deo patre est exp̄ssiuū
tm̄. creaturarum vero est exp̄ssiuū ꝛ
operatiuū. In verbo igit̃ importat̃
respectus ad creaturas ꝗ̄uis sit no
men personale. ¶ Est aūt aduerten
dū ꝙ nomē imaginis qñꝗ̄ a docto/
rib⁹ accipit̃ essentialiter. sed hoc ē im
proprie. sicut Aug⁹. dicit diuinita/
tem sancte trinitatis esse imaginem
ad quā factus est homo. Id eñ ad
cuius silitudinem aliquid ꝓcedit ꝓ
prie dr̄ exemplar. ad rōnem aūt ima
ginis si sumatur ꝓprie requiritur ꝙ
ab alio procedat ſm similitudinem
speciei. et hoc conuenit soli filio ſm
rationem propriam sue emanatōis
Qꝫ autem Hilarius ait ꝙ imago
est eius ad quam imaginatur spe/
cies indifferens. intelligit̃ ꝙ imago
dicatur species alicuius. sicut id qđ
assimilatur alicui dicit̃ forma eius
inꝗ̄tum habet formam similem si/
bi. et talis modus loquendi est tan
ꝗ̄ causalis. Et dat̃ dicta definitio
de imagine. put est ꝓpriū filio in di/
uinis. nā creatura rōnalis dr̄ etiam
imago. sꝫ ꝑ posteri⁹ ꝛ analogice. ex q̄
b⁹ oīb⁹ satꝫ elucet ṽitas toti⁹ ꝓpōis

¶ Tercie persone in diui/
nis vi sue emanationis conue ꝓpō x.
niunt quedam propria sibi no
mina. ꝗ̄uis sint aut ex vsu lo/
quentiū accōmodata. aut po/
tius actuū ꝗ̄ noīa ꝑsonalia

¶ Hec ꝓpositio apparet q2 scti theo
logi attribuūt tercie ꝑsone ī diuinis
talia noīa spūssanct⁹. amor. dilectio
nexus mutu⁹. amboꝝ donū. ꝛ silia.

Quomodo aũt ꝯueniũt sibi vi sue
emanatiõis ꝑpenditur ex hoc ꝙ spi
ritussanctus procedit taȝ a patre ꝗ̃
a filio sicut ab vno ṗncipio seu spira
tore. et ꝑ modũ volũtatis que est ꝓ
cessio amoris. hinc est ꝙ vi sue pro-
ductionis potest dici propriũ nomẽ
spũssancti. cuȝ em̃ ipse sit cõmunius
ambob⁹. id vocatur ipse proprie qđ
ambo ꝯmuniter. vt ait Augustin⁹.
Nam pater est spiritus. ꝛ fili⁹ est spi
ritus. ꝛ pater sanctus. ꝛ filius san-
ctus. tamen q꞉ in reb⁹ corporeis no-
men spũs impulsionem quãdã vi-
detur significare seu motioneȝ. Est
autẽ ꝓprium amoris qđ moueat et
impellat volũtatem amãtis in ama
tum. Sanctitas vero illis reb⁹ attri
buitur que in deuȝ ordinãtur. quia
igitur tercia persona procedit ꝑ mo
dum amoris quo deus amatur cõ
uenienter spũssanctus nominatᷣ. ita
tamen ꝙ hoc nomẽ spũssanctus ac
cipiatur in vim vnius persone. non
aũt duarũ dictionũ. ¶ Deinde ex in
timis precordijs est obseruandũ ꝙ
cũ in diuinis est gemina ꝓcessio. pri
ma que est ꝑ modum intellectus est
magis nota ꝗ̃ sequũda. que est per
modũ volũtatis. et tamen similiter
vtrãꝗ considerari oportet. sicut em̃
ex hoc ꝙ aliquis rem aliquam intel
ligit ꝓuenit quedã intellectualis cõ
ceptio rei intellecte in intelligente. q̃
dicitᷣ verbũ. ita ex hoc ꝙ aliquis reȝ
aliquam amat ꝓuenit quedaȝ im-
pressio vt ita loquar rei amate in af
fectu amãtis. ſm quaȝ amatũ dicitᷣ
esse in amante sicut ꝛ intellectiuũ in
intelligente. ita ꝙ cũ aliquis seipm̃
intelligit ꝛ amat est in seipso non so
lum per identitatem rei. sed etiã vt
intellectiuũ in intelligente. ꝛ amatũ
in amante. sed ex parte intellectus
sunt vocabula adinuenta ad signifi
candum respectum intelligẽtis ad
rem intellectam. vt pȝ in hoc ꝙ di-
co intelligere. et sunt alia vocabula
adinuenta ad significandũ proces-
sum intellectualis ꝯceptionis. scilicȝ
ipsum dicere ꝛ verbũ. Unde in di-
uinis intelligere solum essentialiter
dicitur qđ nõ importat habitudinẽ
principij verbi ad ipsum verbũ. Ex
parte autẽ volũtatis ponũtur dili-
gere ꝛ amare que importãt habitu-
dinem amãtis ad rem amatã. Nõ
aũt sunt aliqua vocabula imposita
que important habitudineȝ ipsius
impressioins vel affectõnis rei ama
te que prouenit in amante ex hoc ꝙ
amat ad suũ principiũ aut econuer
so. et ideo ꝓpter vocabulorum ino-
piaȝ huiusmodi habitudines signi-
ficamus vocabulis amoris ꝛ dile-
ctionis. sicut si verbũ nomĩaremus
intelligentiam conceptã. vel sapien-
tiam genitam. itaꝗ inꝗ̃tuȝ in amo
re vel dilectione non importatur nẽ
si habitudo amãtis ad rem amatã
amor ꝛ diligere essentialiter dicũtur
sicut intelligentia ꝛ intelligere. Inꝗ̃
tuȝ vero his vtimur vocabulis ad
exprimendaȝ habitudinem eius qđ
procedit per modũ amoris ad suũ
principiũ et econuerso. ita ꝙ ꝑ amo
rem intelligatur amor procedẽs. ꝛ
per diligere ĩtelligatur spirare amo-
rem procedentem. Sic amor est no
men ꝑsone et diligere vel amare est
verbũ notionale. sicut dicere vel ge-
nerare. Ex nũc dictis apparere po-
test qualiter spũssanctus dicitur ne
xus patris ꝛ filij scȝ inꝗ̃tuȝ ẽ amor
q꞉ cũ pater vnica dilectione amet se
et filium et econuerso. importatur in
spũsancto pro⁹ vt amor est habitu-
do patris ad filium et econuerso. vt
amantis ad [illegible] hoc ipso
ꝙ pater ꝛ [illegible] mutuo se am[illegible] opor
tet ꝙ [illegible] amor qui est spiritus
sanctus a duob⁹ procedat. ſm igitᷣ

originem spiritussanctus nō est medius sed tercia in trinitate persona. Sm̄ vero predictam habitudinē est medius nexus duorum ab vtroqꝫ procedens. ¶ Sane ex nūc et supradictis quoddaꝫ valde memorie cōmendandum est dicere. In diuinis eñ sunt quedam essentialia. sicut essentia. deitas. sapientia. potentia. et huiusmodi. et eorum concreta. ibi sunt actiones ad intra que dicūtur actus seu origines. vt actus generationis aut spirationis. ibi sunt relationes proprietates et notiōes. que et si sint sibiīnuicem ꝓpinqua. tn̄ ratione differūt. propteriqꝺ nec de se vniuersaliter verificantur nec ad eūdem numerū ꝯsurgunt. vt paternitas. filiatio. passiua spiratio seu processio sunt relatiōes. et proprietates et notiones. sed dicūtur relationes inqꝫtum importāt habitudinē vnius ad alterum. et sic ponūtur quattuor he relationes paternitas. filiatio. ꝓcessio. ꝛ ꝯmunis spiratio. Dicūtur autem ꝓprietates inqꝫtuꝫ vni soli ꝯueniūt. et sic ponūtur proprietates he quattuor innascibilitas. paternitas. filiatio. ꝛ processio. seu passiua spiratio Quinqꝫ aūt ponuntur notiones he paternitas. filiatio. ꝓcessio. ꝯmunis spiratio. innascibilitas. Ideo qꝛ significant id qꝺ est existens in persona. et qꝺ est ꝓpria ratio cognoscendi diuinam personaꝫ Unde aliter dicūtur nomina notionalia. ꝛ aliter verba. Dicūtur eñ nomina aliqua notionalia. qꝛ significant in abstracto ipsas notiones, sicut hec quinqꝫ. paternitas. filiatio ꝯmunis spiratio. processio. innascibilitas. Sed verba dicūtur notionalia. qꝛ [illegible] actiones seu actus a[illegible]tra haben[illegible] habitudinē ad specialem notionem. [illegible] generare. nasci. procedere. Ex quo ptꝫ ꝙ nomen notionis est in plus qꝫ nomen relatōnis aut proprietatis. nā omnis siue relatio siue proprietas, ē notio. sed nō ꝯuertitur. Nam innascibilitas dicitur notio. non aūt proprie dicitur relatio. ꝛ cōmunis spiratio est notio. non autē vocatur proprietas. nam est ꝯmunis pluribus personis. id est patri ꝛ filio. Relatio aūt ꝛ proprietas seinuicem excedūt. quia aliqua relatio non est proprietas. sicut cōmunis spiratio. ꝛ econuerso aliqua est ꝓprietas que nō vocatur relatio. vt innascibilitas. min⁹ autē ꝯmune est notio ꝑsonalis. hoc est ꝯstituens personas. que solū stꝫ he tres. paternitas. filiatio. passiua spiratio seu processio. Adhuc autēꝫ in diuinis sunt nomina ipsarum ꝑsonarum. sicut pater. ꝛ filius. ꝛ spiritussanctus. Tūc ad propositū si nō pateremur penuriam nominū possemus singula prenumerata distinctꝫ nominib⁹ aut terminis nominare. Quo ꝯtra ꝯtingit. nam vnū ꝛ ideꝫ nomen aut eadem dictio quādoqꝫ accipitur eēntialiter ꝛ significat actum ꝯmunē omib⁹ ꝑsonis. sicut diligere aut amor inqꝫtum dicūt actuꝫ cum sola habitudine amātis ad rē amatam Quādoqꝫ aūt accipiūtur non essentialiter prout importāt habitudinem procedentis ad principium processionis aut econuerso. ꝛ sic diligere est verbū significans actuꝫ notionalem. Amor autē est nomen persone. similiter eadem dictio quādoqꝫ significat actum. quandoqꝫ relationem seu notionem aut proprietatem. sicut nomen processionis. significat eñ actum quādo dicimus ꝙ in diuinis est gemina ꝓcessio. qn̄qꝫ vero est nomen relationis personalis ipsius spiritussancti. Qꝫ autem donum sit nomen propriuꝫ spiritussancti satis ꝯstat ex eo qꝛ amor

habet ratione͂ primi doni ꝛ quo om
nia dona gratuita dona͂tur. Quia
igitur spu͂ssanct⁹ procedit vt amor
ↄcluditur ꝙ vi sue processionis pro
prium sibi est esse donu͂.igitur ꝛc.

p͡pō xi. ¶Notionuȝ ac verborum essentialiter aut notionaliter sumptoꝝ cognita co͂ditione. queda͂ questiones quo͂daȝ ꝑplexe reddu͂t faciles in solutoe

¶Hec propositio patet.na͂ si petatur.an pater ꝛ filius sint ideȝ aut vnum principiuȝ spiritussancti. Respondetur ꝙ ita est, concedendum. patet.nam hoc nomen principium significat proprietateȝ.tamen significat eam per modum substantiui. sicut hoc nome͂ pater vel filius in rebus creatis. ꝛ sic numeruȝ accipit a forma significata.sicut ꝛ alia substa͂tiua. Et quia notio co͂munis spirationis est vna in patre ꝛ filio. hinc est ꝙ proprie sunt vnum principiu͂ non solum propter vnum modum spirandi.sed propter identitateȝ ꝑncipij. Si etia͂ petatur an pater ꝛ filius sint vnus spirator aut vnus spirans.prima dictarum conceditur. quia ly spirator est nomen substantiuum. sed sequu͂da non conceditur cum spirans sit adiectiuum. Deinde si petatur.an pater sit sapiens filio.aut intelligat filio.tales no͂ sunt concedende.quia esse sapienteȝ ꝛ intelligere solum tenentur essentialiter in diuinis Et ideo conceditur ꝙ pater sua essentia est sapiens et intelligens. Conceditur tamen ꝙ pater dicit se verbo ab ipso procedente.et ꝙ pater ꝛ filius diliga͂t se spiritusancto et omnem creaturam.prout diligere capitur notionaliter.non aute͂ si sumatur essentialiter. Nam regula est ꝙ contingit denominari aliquid per illud quod ab ipso procedit non solum sicut agens actionis. sed etiam sicut terminatio acto͂nis que est effectus qua͂do ipse effectus determinate in intellectu actiois includitur.dicimus em͂ ꝙ ignis est calefaciens calefactione. ꝗuis calefactio no͂ sit calor qui est forma ignis. sed actio ab ipso procedens. Et dicimus ꝙ arbor est florens floribus ꝗuis flores no͂ sint forma arboris sed quida͂ effectus ab ipa ꝓcede͂tes Quia igit̄ dicere est ꝓducere verbu͂ sicut florere est ꝓducere florem.ideo sicut ↄceditur ꝙ arbor floret floribꝫ ita licet ↄcedere ꝙ pater dicit verbo et etia͂ om͂ia illa que suo verbo exp͂miu͂tur Et pari modo q͛ diligere notionaliter nihil aliud est ꝙ͂ spirare amore͂.ideo ↄceditur ꝙ pater ꝛ filius diligu͂t spu͂sancto. nedum se sed omne͂ creaturam.nam ipse spu͂ssanctus est amor productus qui habet habitudineȝ ad rem dilecta͂ inq͂tu͂ spu͂ssanctus procedit vt amor bonitatis prime.que est ratio diligendi omne͂ rem diligibile͂ Et quia in his verbis generat spirat. importat̄ actus notionalis tm͂.et non determinatus termin⁹ acto͂is. Ideo no͂ e͂ co͂cede͂du͂ ꝙ pater generet filio.aut spirat spu͂scto͂. ꝛ sic de alijs silibꝫ e͂ ce͂sendum.igitur ꝓpositio est vera.

¶In diuinis aliter se hn͂t in concreto et abstracto nomina essentialia. ad propositiones habentes adiectiua predicata noto͂alia aut verba aut participia notionalia p͡pō x

¶Hec propositio patet.na͂ in ꝓprietatibꝫ loquutionu͂ no͂ solu͂ atte͂denda est res significata.sȝ etia͂ modus ꝑcandi [illegible] igitur [illegible] nome͂ deus ꝑca[illegible] essentia͂ vt [illegible] habe͂te

Ideo ex modo significādi habet vt proprie possit supponere pro perso-na. vnde quandoqz supponit ꝓ vna psona aut patris. vt deus generat. aut filij. vt deꝰ generatᷣ. aut spūssancti. vt deus spiratur. quandoqz pro duabꝫ. vt deus spirat. quādoqz pro essentia. vt in habente. seu pro tribꝫ personis indistincte. vt deus creat. deus est trinitas. vel tres psone sūt vnus deus. Differentia est tamen qꝛ ly creat ꝯuenit tam essentie ꝗ̄ tribus psonis ⁊ cuilibet earū. Sꝫ hoc predicatū trinitas nō verificatur de aliqua psonarū. ⁊ sic ꝓcedenduꝫ est ꝙ deus generat deū. ⁊ tamen nec se deū. qꝛ denotaretur idētitas in supposito diuino. nec aliū deū. qꝛ denotaretᷣ alietas in forma deitatis. stat igitur ly deus in subiecto ꝓ deo patre. et ly deus in predicato supponit deum filiū. Econtra aūt qꝛ nomia eēntialia in abstracto. vt deitas. eēntia diuina ⁊ similia significāt essentiam vt formā abstractā. ideo non habent ex modo sue significationis ꝙ supponant pro persona. et ideo q̄ sunt propria personarū quibꝫ abinuicem distinguūtur non possunt de talibꝫ predicari. significaretur eīm ꝙ esset distinctio in essentia diuina. sicut est distinctio in suppositꝪ. vnde tales nō admittūtur. deitas seu eēntia diuina generat aut generatᷣ. aut est generans. si ly generās sumatur adiectiue. et pari modo intelligendum est de alijs predicatis notionalibus. Uerum est tamen ꝙ ad exprimendum vnitatem essentie ⁊ psone sancti doctores expressius aliquādo loquuti sunt ꝗ̄ proprietas loquutionis patiatur. vt Augustinus septimo de trinitate dicit ꝙ pater ⁊ filius sunt vna sapientia. quia vna e[illegible] et [illegible]latim sapientia de s[illegible]entia. sicut e[illegible] de essentia. Unde huiusmodi loquutōnes non sunt extendende sed exponende vt scilicet nomina abstracta exponātur per concreta vel per nomina personalia. vt cum dicitur essentia de essentia. vel sapientia de sapientia sit sensus. filius qui est essentia ⁊ sapiētia est de patre qui est eēntia ⁊ sapientia. Signāter autē dicitᷣ adiectiua notōnalia. qꝛ substantiua possunt vere predicari. vel adiectiua adiūcta substantiuis. vt essentia est pater vel res generans. et generans est essentia. Nam regula est ꝙ substantiua gerūt secum sua supposita. non autem adiectiua. sed rem significatam ponunt circa substantiuum. Quis autem defectus committitur hoc vel ꝯsimili argumento. pater in diuinis generat. essentia diuina est pater in diuinis. igitur essentia diuina generatur. satis explanat ars syllogismorum. Ex premissis potest gratus quidam ordo abstractorum perpendi in diuinis. Quedam enim abstracta pertinēt ad actum. ⁊ ideo magis propinque se habent ad personas. quia actus sunt suppositorum. Unde minus impropria est ista. natura de natura. vel sapientia de sapientia. ꝗ̄ essentia de essentia. Alia vero sunt nomina abstracta que significant ipsas notiones in abstracto. vt paternitas. filiatio. spiratio. innascibilitas. Et quia notiones illo modo significate non significantur vt res. sed vt rationes quedam quibus cognoscūtur persone. ideo adhuc magis elongantur a predicatis quibꝫ designatur aliquis actus. dicimus enim ꝙ deitas vel essentia diuina creat sed hoc non conceditur. paternitas generat aut creat vel intelligit. et sic de alijs. vnde patꝫ veritas propositionis.

ꝓp° xij ¶ Cōueniēs ē in diuinis q̄dā ꝑsonaꝝ noīa dici ꝓpria. q̄dam vero noīa vocari appropriata

¶ Huiꝰ ꝓpōis veritas ex eo deducit. Nā ad cognitōnem bn̄dicte trinitatis mens hūana diuersis omi/niculꝭ manuducit. Et q꞉ essentialia attributa sunt nobis magis manifesta ẜm rōnem q̄ꝫ ꝓpria ꝑsonarum. Ideo ipīs essentialibꝫ attributis vtimur ad manifestatōem diuinaꝝ ꝑsonaꝝ. sicut etiam silitudine imaginis in creaturis inuēta vtimur ad eaꝝ ꝑsonaꝝ manifestatōem. Jtaqꝫ essentialia attributa ẜm se oībꝫ ꝑsonis sunt cōia. tn̄ aliqua illoꝝ ex cā potius ascribūt vni ꝑsone q̄ꝫ alteri. ⁊ ẜm h̄ ꝯsueuerūt vocari appropriata. Sꝫ ꝓpria in diuinis dicūt q̄ significāt ipas relatōnes diuinas vt ꝑsonas subsistētes. vt pat. filiꝰ. verbū. spūsctūs ⁊ sic de alijs. put declaratū est antea diffusiꝰ. Notādū est aūt q꞉ hmōi appropatio aliquādo ꝯsurgit rōe silitudinis. sicut ea que ꝑtinēt ad intellectū appropriant filio q̄ ꝓcedit ꝑ modū intellectꝰ vt verbū. Alio mō ꝑ viā dissimilitudinis. sicut potētia appropriatur patri. q꞉ apud nos patres ꝓpter senectutē solēt esse infirmi. ne tale aliq̄d suspicemur de deo. vt iq̄t Aug. Vel etiā vtroqꝫ modo vt sapiētia potest appropriari filio in diuinis ⁊ ratōne similitudinis. sapiētia enim ad intellectū ꝑtinet. filius aūt procedit ꝑ modū intellectōnis. Tum rōne dissilitudinis. nā apud nos ꝓpter inexperientiā filij sunt minus sapientes. Quot aūt attributa q̄bus personis approprianꝭ in speciali prosequendo recurrendū est ad sanctos doctores. Unde ẜm Hylariū. Eternitas appropriat patri. Spēs filio. vsus spūiscō Scd̄m vero Augusti. appropriat vnitas patri. equalitas filio. Concordia seu cōnexio spūiscto. Cōis aūt doctoꝝ vsus inoleuit patri appropriare potētiā. filio sapiētiā. ⁊ spūiscto bonitatē. Aptat igit diuinis ꝑsonis per appropatōez Illōd apl'i Ex q̄ ꝑ quē et in q̄ et sic de alijs. put relinquit inuestigare studiosis quare liquet veritas propositōis.

¶ His noibꝫ ⁊ dictōnibꝫ vti in diuinis ꝯsueuit theologorū diserta loquutio. cōstitutō distinctio. cōstituere. cōstitui. distinguere. distingui et eē ex a vel de aliquo ꝓp° xiij

¶ Hec ꝓpositio ptꝫ Nā in diuinis est realis relatio. que est ꝑ se subsistēs ꝓpter eius idētitatē ad diuinā essentiā. Relatio igit inq̄tū est talꝭ forma ꝑ se existēs ⁊ subsistēs. sicut ipa paternitas ē ꝑsona patris. ẜm hoc dr̄ q꞉ relatio in diuinis non aduenit supposito p̄existēti. sicut i creaturis. sed dr̄ secū ferre suū suppositū ⁊ ꝯstituere in diuinis ꝑsonam siue suppositū. Relatōes igit dicuntur distinguere. q꞉ in diuinis nō est distinctio ꝑ absoluta. differēter tn̄ sibi attribuunt dicti actus. Nam ẜm q꞉ est q̄dā talis forma sic cōstituit. Jnq̄tū aūt dt̄ habitudinem quādā ad suū oppositum sic distinguit. Et q꞉ aliqua intelligūtur distingui ꝑ aliquid eis intrinsecum. Jdeo meliꝰ dr̄ q꞉ ꝑsone distinguātur ab inuicē per relatōes q̄ꝫ ꝑ origines ⁊ actus notionales qui sunt gn̄atio ⁊ spiratio. Ex quo pꝫ q꞉ ꝑ intellectū abstractis ꝓprietatibꝫ personalibꝫ etiā tolleret intellectꝰ hypostasis ⁊ nō intelligeret deus aliter q̄ꝫ Judei ⁊ Pag[illegible] intellig[illegible] Ex eo dē etiā [illegible] qualiter ꝓprietas ꝑ[illegible]

cedit actus notionales Nam rela-tio constitutiua persone originātis precedit actū suum inceptum ē quedam forma cōstituens . inceptū aūt est relatio sic sequitur. qꝛ respicit suum appositū Sed proprietas con-stituens personā precedentem presupponit actum suū notionalem. qꝛ preintelligitur vt via ad relatiōem tanꝙ terminū. sicut generatio pre-supponit proprietatē patris cū ac-tus sint suppositoꝝ. sed precedit ꝓprietatem filiationis. Et qꝛ in diuinis persona procedēs cōicat in natura ꝛ substantia cū persona principiante. hinc est ꝙ filius in diuinis dicitur nasci de substātia patris et esse a patre ꝛ ex patre. ratione ordinis ꝛ emanatōis. igitur veritas ꝓ-positionis est declarata

Ppō xv. ¶ In diuinis solet his nomi-nibꝫ vti schola theologorum potētia respectu actuū notio-naliū. ordo . esse in seinuicem et equalitas personarum

¶ Hec ꝓpositio declaratur. Nā pater est principiū generatiōis filij pater ꝛ filius sunt principiū spirationis. Et qꝛ potētia nihil aliud no-minat nisi principiū quo alicuius actus. necesse est dicere in patre ꝛ filio esse potentiā respectu actuū no-tionaliū. Et notandū ꝙ potētia generandi. i. spirandi principaliter si-gnificat diuinā essentiam. ꝛ sequundario significat ꝓprietatē relatiuā. Et ideo solet hoc distingui. In fi-lio est potentia generādi. qꝛ si illud gerundiū sit verbi actiui sic negat̄. si passiue sic conceditur. si verbi imp-sonalis sic etiā cōcedit̄. qꝛ in filio ē potentia per quā aliquid potest et genera[illegible] gener[illegible] Nam eadem pote[illegible]a sicut eade[illegible]entia est in omnibꝫ personis. qꝛ vero omnes diuine persone habent eandem essentiam ꝛ idem esse. tamen ab inuicē realiter distinguūtur per relationes Ideo ꝯuenienter dicit̄ ꝙ sint equales ꝫm duratōem. ꝫm magnitudi-nem perfectiōis seu virtutis. ꝛ ꝫm potentiā. Et qꝛ non idem nō refert̄ ad seipm relatōne reali . nec vna relatio amplius refert̄ ad aliam relationem per aliā relatōnem realem. hinc est ꝙ equalitas et similitudo dicūtur significare in diuinis relatiōnem rationis fundatā supra vni-tatem essentie ꝛ reales relatōnes distinguentes ip̄as personas. Et q̄a vbicūꝙ inuenitur principiū necesse est ordinē inuenire. hinc est ꝙ sicut in diuinis dꝛ principiū ꝫm originē absꝙ prioritate . ita est ibi ordo ꝫm originem absꝙ prioritate. Et talis vocatur ordo nature ꝫm Augusti-nū nō quo alter sit prius altero sed quo alter est ex altero . dicitur autē vna persona esse in qualibet altera et viceuersa. vt pater in filio. ꝛ filius in patre. tū quia vnusquisꝙ est sua essentia que est in altero. tum rōne relationis. qꝛ vnū relatiuoꝝ est de intellectu alterius ꝛ ecōuerso . tum ratione originis . qꝛ processio verbi intelligibilis nō est ad extra sed in dicente manet. Id etiā qđ verbo dicitur in verbo cōtinetur. pater āt per verbū suū dꝛ se ꝛ oēm creaturā Aliter tū dꝛ ꝓprietas in ꝑsona quā ꝯstituit ꝛ aliter vna ꝑsona in alia. licet eīn ꝓprietas sit met ip̄a persona tamē prout in abstracto cōcipitur ꝛ significat̄. sic dꝛ esse in ꝑsona q̄ad-modū essentia dꝛ in deo . secus aūt est de modo quo vna ꝑsona est in alia . igitur ꝛc.

¶ Hoc nomen missio seu mitti habet locū in diuinis . non Ppō xvi

tamen attribui debet perso/ne patris.

¶ Hec ꝓpositio ptꝫ. qꝛ in ratōe missionis duo importanť. quorum vnum est habitudo missi ad eum a quo mittitur. qḋ quandoqꝫ con/tingit ꝑm ꝓcessionē originis. sicut flos emittiť ab arbore. Aliud autē est habitudo missi ad terminuꝫ ad quem mittitur. Quia igitur filius et spūssanctus ꝑm origineꝫ ab alio procedunt. ꝛ habēt nouū modū ex istendi in aliquo ꝗuis nō ꝑm ipso rū sed creature mutatōem. sicut fili us visibiliter incepit esse in mundo per carnem assumptam Et spūssan ctus incepit de nouo īhabitare ali/quem per gratiā. hinc ptꝫ ꝙ nomē missionis locum habet respectu fi/lij ꝛ spūssancti. nō autem respectu persone patris. que per originē ab alio nō procedit. igitur ꝓpositio pꝫ verificata Itaqꝫ sequūde partis operis p̄sentis promissione adim/pleta etēm ex cōtentis in ea nouit lingua theologica expolire sanos sermones respectu eoꝝ que concer nunt distinctōem in diuinis ad in/tra. Superest ergo in sequēti parte tercia prosequi ea nomina quibus vtimur loquētes de deo ratōne na ture assumpte. eo tamē semper pre uio semꝑ directore ad quem in pri/mordiali themate dici debet ferui/da deuotione. Domine nomen tu um ꝛ memoriale tuuꝫ in desiderio anime mee.



Nomē tuū et me/moriale tuū dn̄e in desi/derio aīme mee. Sicut eīn dꝛ Luce 2°. Vocatū ē nomē pueri Jesus Noīa nāqꝫ dn̄t ꝓprietatibꝫ reꝝ re/spōdere. vt habeť. 4° metaphisice. Noīa aūt q̄ imponūť diuinitꝰ aliq̄ bus sp̄ ꝑcant aliqḋ gratuitū donū eis diuinitꝰ datū. sicut Abrae di/ctū ē appellaberis Abraā. qꝛ p̄rem multaꝝ gētiū te ꝯstitui. Et dictū ē petro. Tu es petrus ꝛ sup hāc pe/trā edificabo ecclīaꝫ meā Quia igi tur hōi xp̄o hoc munus gr̄e colla/tū erat vt p ip̄m oēs saluarenť. ꝯue niēter vocatū ē nomē eiꝰ Jesus. i. sal uator. Cōgrue igiť afferat xp̄o de/uotus quisqꝫ xp̄ianus nomē tuū ꝛ memoriale tuū in desiderio anime mee. dicat cū Anselmo. Quid est Jesus nisi saluator. Ergo iesus ꝓ/pter temetip̄m esto mihi Jesus q̄ me plasmasti ne peream. q̄ me rede misti ne me ꝯdemnas. q̄ me creasti tua bonitate ne pereat opus tuuꝫ mea iniq̄tate Rogo pijssime ne ꝑ/dat mea iniq̄tas qḋ fecit tua oīpo/tens bonitas Recognosce pijssime qḋ tuū est ꝛ absterge qḋ alienū est Augustinꝰ q̄qꝫ eodē spū feruēs ita inq̄t. Noli Jesus saluator sic atten dere malū meū vt obliuiscaris bo nū tuū O bone iesu si ego amisi vn̄ me dānare potes. tu nō amisisti vn̄ me saluare soles. vere dn̄e iesu no/men tuū in desiderio aīe mee. Nā teste Ambro. Oia iesus ē nob Si vulnꝰ curare ꝯsideras medicꝰ ē. Si febribꝫ estuas fons ē. Si auxilio idi ges fortꝰ ē. Si mortē times vita est Si tenebras fugis lux est. Si vi

tercia distiꝰ

cibum Jesus alimentum est Gu/
state igitur et videte qm̄ suauis est
dn̄s Quod attendēs deuotissim⁹
Bernhard⁹ dt ꝓpter mãsuetudinē
tuã post te currem⁹ dn̄e Jesu audi
entes ꝙ nō spernis pauperem pec
catorē.nō horruisti confitentē La/
tronē.nō mulierem in adulterio de
prehensam.nō discipulū negātem.
non ipos crucifixores tuos origo
fontiū omniū virtutum ꝛ scientia/
rū Jesus. Nam continētia carnis
Industria cordis.rectitudo volun
tatis ex illo fonte manat. Si quis
callet ingenio.nitet eloquio.place/
at moribus inde est. Etenim casta
consilia.iusta iudicia.sancta deside
ria.nonne riuuli fontis illius sunt.
hec Bernhardus Et q̄uis chri/
sto deo sacra scp̄tura attribuat va/
ria ꝛ plura nomina. in omnib⁹ ta/
men illis nominibus quodammo
do significatur hoc nomen Jesus
quod est significatiuū salutis. Nā
in hoc ꝙ dicitur Emanuel qd in/
terpretatur nobis deus .designa/
tur causa salutis que est vnio diui
ne nature ꝛ humane in persona fi/
lij per quā factum est vt deus esset
nobiscum. Et pari modo de alijs
intelligat᷑. Merito itaq₃ ait Ber/
nardus. Jesus est cibus lux ꝛ me/
dicina.qui carnem suā in cibum et
sanguinē suū in potum .animā mi
nistrat in precium. hoc sane nomē
recte dicitur oleū effusum vsq₃qua
q₃.qꝛ celum terram ꝛ inferos per/
fudit.vt in nomine Jesu omne ge
nu flectatur .celestium .terrestrium
et infernorum. Eya ergo Jesu no
men tuū ꝛ memoriale tuum in desi
derio anime mee. O iesu saluator
seculi multa nobis nomina attulit
sancta tua incarnatio ꝛ philosophi
am omni admiratione dignam et
priscis seculis philosophorū inau
ditã.quoq₃ studio hec tercia pars
presentis opusculi insistens profe/
ret propositōnes artem continētes
fideliter enunciandi sermonem vi/
gore incarnatōnis emergentem eo
ductore preuio cui dicēdum est sin
cera deuotione Domine nomen tu
um et memoriale tuum in deside/
rio anime mee

¶ Modum vnionis verbi in carnati sane precognoscere. pulcerrimū est prohemiū₃ loquendi recte de diuina incarnatione Pria ꝓō.

¶ Hec propositio pat₃.p tanto
qꝛ a tali cognitione dependet tota
ars discernendi inter sermones cō/
uenientes ꝛ disconuenientes circa
mysterium incarnatōnis dum pre
tendimus deo attribuere proposi
tōnes vi incarnatōis nouiter emer
gentes. Exempli gratia Unio ver
bi incarnati non est facta in natu/
ra.ita ꝙ vna natura sit in aliā trās/
mutata vel amb⁹ in terciam. ſ₃ hu/
iusmodi vnio facta est in persona
i hypostasi seu suppo sito quod est
verbum diuinum .ita ꝙ persona ē
vna.sed duplex est natura Cōstat
autem ꝙ si vnio esset facta ꝑm ali/
um modum necesse esset formare
alias loquutiones. Rursus in ver
bo incarnato est vera vnio anime
rationalis ꝛ carnis.ꝛ natura resul/
tans ex anima ꝛ carne ꝛ etiam ipe
partes sunt assumpte ad ipsum in
creatum esse diuinum. Non enim
natura humana in christo habet eē
creatum .sed idem est esse verbi et
nature humane ꝛ anime ꝛ carnis.
Ex his patet ꝙ persona seu hypo
stasis christi q̄uis ꝑm illud quod
est in se sit omnino simplex. sicut ꝛ
natura verbi .si tamen loquamur

de ꝑsona christi ꝭm ratōnem persone vel hypostasis ad quam ꝑtinet subsistere in aliqua natura. persona autem christi subsistit in duabꝫ naturis. ꝛ per hoc est ibi alia ꝛ alia rō subsistendi. Hinc ē ꝙ ꝭm talē cōsideratōem concedi potest ꝙ persona christi sit cōposita inq̄ꜩtum vnū duobus subsistit. Nec tamen admitti debet ꝙ natura humana sit verbo dei vnita accidental'r nō obstāte ꝙ apostolus dicit de filio dei ꝙ habitu inuētus est vt homo. humana em̄ natura in christo assimulatur habitui. id est vestimento. nō quidem q̄ꜩtum ad actualem vnionem sed q̄ꜩtum ad hoc ꝙ verbum videtur per humanam naturam sicut homo ꝑ vestimentum. ꝛ etiaꝫ q̄ꜩtum ad hoc ꝙ vestimentum mutatur. id est formatur ꝭm figuram eius qui induit ipsum. ꝛ tamē ipse qui induit a sua forma nō mutatur propter vestimentū. Similiter quoqꝫ humana natura assumpta a verbo dei est meliorata. ipsum aūt verbum dei non est mutatum. Ratio autem quare vnio non est facta accidentaliter est. quia humana natura assumitur ad vnitatem hypostasis ꝛ ad idem esse cum supposito. Nam sicut in resurrectōe corp⁹ adueniet anime rationali preexistēti. non tamen accidentaliter. quia ad ideꝫ esse assumetur. vt scilicꝫ corpus habeat esse vitale per animaꝫ sic humana natura sublimatur in christo ad esse ipsius suppositi. vnde differt hec vnio ab vnione corporis cum anima ꝛ albedinis cum subiecto. quia humana natura aduenit christo non quasi assumpta ad vnum esse prout natura. sicut corpus assumitur ad esse anime. sꝫ ad vnum esse prout est hypostasis vel persone Sed albedo secum affert aliud esse distinctuꝫ ab esse subiecti. Nam in subiecto albo est duplex esse. scꝫ albi ꝛ esse hominis cui aduenit albedo. Itaqꝫ vnione verbi incarnati predicto sano sensu cōspecta inchoata est via formandi fideles enunciatōnes circa mysteriū incarnatōnis diuine emergentes. vnde cum per assumptōnem humana natura sit eleuata ad idem esse suppositale verbi dei. non est cōcedendum ꝙ talis vnio sit facta ꝑ gratiam habitualem aut mediante gratia habituali. nam talis gratia est effectus consequens vnionem ꝭm illud vidimus gloriaꝫ eius quasi vnigeniti a patre plenū gratia ꝛ veritate. Si tamen gratia dicatur ipa voluntas dei gratis aliquid dantis. sic facta est vnio ꝑ gratiam. Ipsa em̄ vnio cum sit quoddam gratuitum dei donum solet aliquando dici gratia inquāntum nullis meritis precedentibus hoc factum est. ꝓpō. ij.

¶ Almam verbi dei incarnationem syncere concipienti. vnionis etiam et assumptionis differentias facile erit intueri.

¶ Nec ꝓpositio patet. Nam incarnatio ꝟbi claudit in se vnionē ꝛ assumptionem nature humane ex tempore ad verbum dei. Ipsa vero vnio est relatio quedam que cōsideratur inter diuinam naturam et humanam ꝭm ꝙ conueniunt in vna persona filij dei. Et regula est ꝙ omnis relatio que consideratur inter deum ꝛ creaturam realiter est in creatura per cuius mutatōnem talis relatio innascitur. sed in deo ē ꝭm ratōem tm̄. ꝛ sic ipa vnio est quoddam causatum. Insuper regula est

q̄ oīs relatio que incipit esse ex tēpore ex aliqua mutatōne causatur. Et iterum mutatio omnis cōsistit in actōne ⁊ passione. Premissis igitur pensatis constat p̄mam ⁊ p̄ncipalem differentiā vnionis ⁊ assumptionis esse. q̄ vnio importat ipam relatōnem. Assumptio aūt actōem s̄m quam aliquid dicitur assumēs uel passiouem s̄m quam aliquid dicitur assumptum. Ex hac differētia ɔsurgit sequūdo alia differētia Nam assumptio dicitur sicut in fieri. vnio aūt sicut in facto esse. Deinde tercio alia differentia. Nam vniens dicitur esse vnitum. Assumēs aūt non dicitur assumptum Natura eñ humana significatur vt in termino assumptōnis ad hypostasim diuinam per hoc q̄ dicitur homo. Unde vere dicimus q̄ filius dei q̄ est vniens sibi humanam naturā est homo. Sed natura humana in se considerata. id est abstracta significatur vt assumpta. nō aūt dicim' q̄ filius dei sit natura humana.

Quarta differētia. quia relatio eqparātie nō magis se habet ad vnū extremum q̄ȝ ad aliud. Actio aūt ⁊ passio diuersimode se hn̄t ad agēs et patiens ⁊ ad diuersos terminos Et ideo assumptio determinat terminū ⁊ a quo ⁊ ad quē. Dicit̄ eñ assumptio quasi ab alio ad se sumptio. Unio aūt nihil horum determinat. Unde indifferenter dicitur q̄ humana natura est vnita diuine et econuerso. Non aūt dicit̄ diuina natura assumpta ab humana Cōsequenter ex premissis elici licȝ q̄ pprijssime competit persone assumere naturam. Et quia natura diuina est ipa persona diuina. Hinc est q̄ sequūdario potest dici q̄ natura diuina assumpsit humanam naturam ad sui personam. Et s̄m hūc modum diuina natura potest dici incarnata Adhuc aūt cum assumere includat in se relatiuum reciprocum. quia assumere est idem q̄ aliquid ad se sumere. Pater aūt ē aliud suppositum. Hinc est q̄ non cōceditur q̄ persona patris assumpsit humanam naturam Et quia essentia diuina est aliquid subsistens et in natura intellectuali. ideo exclusis p intellectum p̄prietatibus p̄sonalibus remanet in consideratōne nostra natura diuina vt subsistens et vt persona. sicut iudei eam intelligunt. Et per hunc modum intelligeremus naturam diuinam assumere posse naturam humanā abstracta per intellectum personalitate. qua nunc quelibet persona constituitur. Rursus. quia assumptio duo importat. scȝ actum assumentis. ⁊ ex ea parte assumptōnem necesse est fore cōmunem tribus personis Sequūdo terminū assumptionis ⁊ ille est p̄sona. ⁊ sic assumptio conuenit vni persone tm̄. Inde patet differentia inter assumptōnem que fit per gratiam adoptionis et assumptōnem que est per gratiam vnionis personalis. quia p̄ma est cōmunis tribus personis. quia terminatur ad quandam participationē diuine nature s̄m assimilatōeȝ ad vnitatem ipius. ⁊ sic tam ex parte principij q̄ȝ ex parte termini ē cōmunis. Quoniā aūt virtus diuina que est p̄ncipium actus assumptionis est cōmunis tribus personis. Terminus vero est persona. ratio aūt p̄sonalitas est cōmunis etiam tribus personis. licet p̄prietates personales sint differentes. Et regula est. q̄ oīs virtus indifferenter se habēs ad plura potest ad q̄dlibet suā actōnem terminare. Hinc cōcedendum est q̄ pater. et etiam

spūssanct⁹ potuit assumere huma
nam naturam. Preterea regula est
q̄ diuinarū personarū talis est con
ditio q̄ vna earum nō excludit ali
am a cōmunione eiusdem persone.
Et alia est Augustini regula. q̄ in
his que sunt supra naturam. tota
ratio facti est potentia facientis.
Hinc est cōcedendum non esse im
possibile diuinis personis vt due
vel tres assumant vnam naturam
humanam. Esset tamē impossibi
le vt huiusmodi persone assumerēt
vnam hypostasim vel vnam per
sonam humanam. Hac autem po
sitōne facta q̄ scilicȝ persone assu
merent eandem naturam humanā
Tunc hec veniret concedenda tres
persone sunt vnus homo propter
vnam naturam humanam. Regu
la em̄ est q̄ substantiuū numera
tur ꝯm formam significatam in plu
ribus suppositis ⁊ non ꝯm supposi
tum tm̄. Quia vero circa mysteriū
incarnatōnis fit communicatio ꝓ
prietatum pertinentium ad natu
ram propter regulam qua dicitur.
Quecunqȝ cōueniunt nature pos
sunt in concreto predicari de perso
na subsistente in natura illa cuius
cunqȝ nature nomine significetur.
Inde est q̄ predicta positōne data
de qualibet persona predicarentur
quecunqȝ pertinerent siue ad natu
ram diuinam siue ad humanam.
Que autem sunt personarum rati
one ꝓprietatum personalium rema
nent ꝓpria sue persone. Amplius āt
quia increatum a creato comprehē
di non potest. Ideo est cōcedendū
q̄ eadem ꝑsona diuina potest plu
res naturas simul assumere qua po
sitione concessa talis persona non
esset plures homines. quia vt di
ctum est in substantiuis numerus
pluralis prerequirit distinctōem tā
in forma q̄ȝ in suppositis. ex qui
bus elici potest intentio proposi
tionis. igitur.

¶ Infert verbi incarnati vnio gratuita. quedam solum et quodam ordine concedendum fore assumpta. tercia ppō

¶ Hec ꝓpositio patet. quia vnio fa
cta est duarum naturarū saluarum
in vnā hypostasim. quia ergo illud
quod assumitur oportet preintelli
gi assumptōni. persona aūt nō pre
intelligitur in humana natura as
sumptōni sed se habet vt terminus
assumptōnis. Ideo non est conce
dendū q̄ filius dei assumpsit perso
nam. Quoniā autem hoc concre
tum homo significat naturam hu
manam prout est nata eē in suppo
sito. Ideo nō est hec propria. filius
dei assumpsit hominem. Q̄ȝ si ali
cubi a sacris doctoribus talis lo
quutio inueniatur concessa. tūc po
tius pie est exponenda q̄ȝ extenden
da. vt dicamus hominem assum
ptum. quia eius natura est assum
pta. ⁊ quia assumptio terminata ē
ad hoc q̄ fili⁹ dei sit homo. Quia
vero ad integritatem humane natu
re pertinent corp⁹ carnale ⁊ anima
ꝯm oīes eius gradus. i. ꝯm gradū
partis vegetatiue. gradum partis
sensitiue. ⁊ partis intellectiue. Ideo
fili⁹ dei oīa hec veraciter assumpsit
Et q̄uis ꝯm ordinē tempis ꝑdicta
oīa sil' assumpsit. tm̄ ꝯȝ ordinē digni
tatꝭ ac ꝑ hoc ꝯm ordinē causalitatꝭ
et nature est in assumptōe ꝑdictoꝝ
ꝑus ⁊ posterius assignare. Nā na
tura creata eoipso q̄ nata est vniri
deo attingendo ipsum ꝑ cognitio
nem ⁊ amorē sortit̄ potiorē ꝯgruētiā
ad vnionē ꝑsonalē pre ceterꝭ creatu
ris. Hinc igit̄ ē q̄ ꝯm ordinē nature
vnio nature humane primo respi

tit eius supremum. et eo mediante inferiora participant congruentiā ad huiusmodi vnionem hypostaticam sm prius et posterius. prout se habent sm propinquius et distātius ad supremum anime rationalis. Unde iuxta hoc potest prudens interpres rectificare sermonē loquendi circa predicta a verbo dei assumpta. igitur etc.

Pō iiij ¶ Verbi dei benedicta incarnatio concedit christo sup eminentissime gratiam ac virtutes. scientiamq multiplicē. priuilegiatam potentiam. et quasdā humanas passiones.

¶ Hec propositio patet. quia vnio hypostatica est excellentissima aliarum Regula aūt est. quāto aliquid susceptiuū est propinquius principio influenti. tanto magis participat de influentia ipsius. quia igitur influxus gratie est a deo. constat animam christi gratiam modo pstātissimo recepisse. sz nec p olle fore potiorem gratiam habitualem. cum gratia christi sit effectus consequēs vnionem psonalem qua maior intelligi non potest dei et creature Et quia virtutes oriūtur a gratia que perficit essentiam anime sicut potētie anime fluunt ab eius essentia consequens est et ipas virtutes christo inesse excellentissime. Rursus christus ex munere vnionis personalis sibi vendicat esse non solum vniuersale principium gratificationis totius generis humani. quinimo esse principium influendi omnibus membris. tam ecclesie triumphantis q militantis. et sic conuenienter enunciatur de ipso esse caput totius et vniuersalis ecclesie. et sibi hoc esse proprium. similiter eodem iure competit sibi esse mediatorem dei et aliorum membrorum ecclesie. Porro quoniam regula ē. q oportet causam semper potiorem esse causato. Et iterum alia est regula. Qz id quod est in potentia reducitur in actum per illud qd est in actu. Christus autem naturam humanam assumpsit integrā videlicet ex corpore et anima. et omnibus partibus potestatiuis. Hinc est concedendum christum esse in actu sm illam perfectionem qua natura humana nata est perfici. Homo autem est in potentia ad scientiam beatorum que in visione diuine essentie consistit. Secundo est in potentia ad omnia intelligibilia et reducitur in actum per species intelligibiles. Quia etiam in natura humana est intellectus agens et intellectus possibilis Homo adhuc est capax scientie experimentalis. quare necesse est concedere in christo preter scientiam increatam fore triplicem scientiam. scilicet scientiam beatorum. scientiā per species inditas. et has duas habuit plenarie ab instanti conceptionis. Deinde tercio scientiam experimentalem sm quam dicitur paulatim profecisse per inuentiōem tamen propriā. Proinde cum humanitas christi vi sue vnionis ē instrumentum vnitum diuinitati sic collata est sibi potentia. modo eminētiori. q alicui creature. sicut ad omnes actōnes miraculosas ordinabiles ad incarnatōnis finem qui est restaurare oia siue que in celis sunt siue que in terris sunt. Nec silentio est ptereundū. esto q ipa vnio hypostica sm se fuerit sufficientis efficacie excludende oēm passionē nociuā a xpo. tn qz dispēsatiue actū ē vt in xpo nāa hūana pmitteret agere

et pati q̄ ꝓpria vt dt regula Da/
masceni. Hinc ē ꝙ in christo fuit de
fectus penalitatū. esuriēdi. sitiendi
fatigatōis. doloris. ꝛ q̄rūdā taliuꝫ
passionū ꝛ defectuū nō repugnātiū
satisfactori ꝓ pctō nature humane
Nā ignorātia ꝓnitas ad malū et
hmōi repugnāt pfectōni scie ꝛ grē
q̄ req̄runt ad satisfaciendū ꝓ gene/
re hūano. ꝛ ideo tales defectus nō
assumpsit igitur ꝛc.

ꝓpō v. ¶ In christo natura huma/
na tm̄ vna realiter. erat plu/
res per equiualere ꝛ virtualr

¶ Hec ꝓpō pꝫ. qꝛ ꝑm eē reale ꝟbū
dei assumpsit solū vnam naturā. tn̄
vnio incarnatōis fuit adeo mirabi
lis vt eadē ꝑm rem ps aīe esset via/
tor ꝛ ꝯprehēsor in summo gaudio
impassibil. passione ꝯtristatiua do
lens ꝛ in maxima tristicia. Cuius
exemplum accipi pt aliq̄liter in aīa
hūana. cui⁹ portio intellectualis ꝑꝫ
rem est vna ꝛ simplex. tn̄ ꝑm rōem
ē multiplex. put ab ea fluūt intelle/
ctus agens. intellect⁹ possibilis ꝛ
volūtas. Silr aīa xpī ꝑm eandē in
re potentiā erat in gaudio beatifice
fruitōnis ꝛ in maxima tristicia ex
dolore passionis ꝛ alijs causis cō/
tristantib⁹. Et sicut in resurrectōne
vnio aīe cuꝫ suo corpe erit alterius
rōnis ꝛ ptātis. q̄ꝫ in pma natiuita/
te inq̄ꝫtū aīa i vnione reiterata dn̄a
bit suo corpori intantū ꝙ nihil po/
terit hmōi dissoluere. pari pacto al/
terius rōnis fuit vnio in xpo ante
passionē ꝛ post resurrectōem. tunc
eīn habebat corpus naturalr passi
bile graue ꝛ subiectū passionib⁹ de/
fectiuis. vn̄ miraculose ābulauit sic
cis pedib⁹ sup vndas. ꝛ corp⁹ eius
resplenduit sup montē. ꝛ disparuit
inuisibile extra manus volentium
ꝯprehēdere. Nūc ꝟo post resurre/
ctionē vnio in christo hꝫ solū statuꝫ
ꝯprehēsoris cui pdicta repugnāt q̄
ad illa q̄ denotāt ꝯditōnes defecti/
uas. ꝛ ꝯsequunt q̄ ad illa q̄ ad do/
tes glie solet ānumerare. Si igit cō
sideret q̄ꝫ mirabil fuerit vnio i xpo
q̄n suā passionē. ꝛ ꝙ aliq̄n teste Da
masceno dispēsatiue pmissum ē vt
q̄libet vis aīe xpī ageret ꝛ pateret q̄
sibi ꝓpria. absq̄ alteri⁹ redūdantia
ad alterā. nō erit difficile intelligere
et formare plurimas enūciatōnes
de xpo catholicas oīno insolitas q̄
ad alios hoīes. vt habere aīaꝫ bea
tā in corpe passibili. ꝛ eandē poten
tiā aīe esse sil in summa leticia. ꝛ ex/
trema tristicia ꝛ sic de silib⁹ ꝑm sta/
tum illius vnionis aīe cuꝫ corpe in
xpo ꝛ inferioꝝ viriū ad superiores.
aut portionis inferioris ad supiorē
et vlterius ad vnionē hypostaticā
inq̄ꝫtū inferiora ad illā vnionē redu
cunt p sua supiora. igit ꝛc.

¶ Si vnioni incarnatōis sa ꝓpō vi
crosancte q̄dā scientiaꝝ cōes
socient regule. facile erit loq̄
recte in idiomatū cōicatōne.

¶ Hec ꝓpō pꝫ. Nā regula ē. ꝙ no/
men ꝑcans naturaꝫ cōem in ꝯcreto
pt supponere p q̄libet ꝯtentoꝝ i na
tura cōi Scda regula est. ꝙ de q̄li/
bet supposito alicuius nature ptve
re ꝛ ꝓprie pdicari nomē ꝑcās illam
naturā in ꝯcreto. Tercia regula ē.
ꝙ ea q̄ sunt ꝓpria vnius nō pn̄t p/
dicari de alio inq̄ꝫtū ē illi diuersum
Quia igit in vnione incarnatōnis
natura hūana ē assumpta ad vni/
tatē suppositi ꝛ ad eius eē increatuꝫ
salua distinctōe naturaꝝ diuine et
hūane. Patet pmo ꝙ hec ꝓprie est
vera. Deus ē hō. ꝛ ꝙ hec ē in mate
ria naturali. qꝛ de supposito nature
humane pdicat ibi. nomē ꝯcretum
ꝑcās naturā illi⁹ suppositi assumptā

ad eē suppositi Scd̄o pꝫ ꝙ hec etiā
ē ꝯcedēda. hō ē deꝰ. ⁊ h̄ vi regularū
p̄missaꝝ. Tercio pꝫ hāc nō eē ꝯce/
dendā, christꝰ ē hō dn̄icus. Nā re/
gula ē. ꝙ idē nomē nō p̄dicatur de
eodē essentialr̄ ⁊ denoīatiue. q2 igit̄
xp̄s ē deꝰ ⁊ dn̄s essentialr̄. nō ē ꝯce/
dendū ꝙ denoīatiue sit hō dn̄icus
Dicit̄ tn̄ xp̄s humanatus ad hunc
sensum. q2 illud suppositum qd̄ ab
eterno est diuine nature assumpsit
ex tp̄e humanā naturā. Potest igi
tur hoc nomen diuinū p̄dicari de
supposito dei. sicut Dionysius no/
minat christū diuinissimū iesum. q2
hoc nomē accipit̄ ꝑm p̄dicatōnem
essentialem quādoqꝫ. sicut dr̄ diui/
na essentia. ꝑsona diuina Quarto
pꝫ ꝙ hee sunt ꝯcedende. deus fuit
passibilis. fuit mortalis. est tempo/
ralis ⁊ cetera hmōi. que ꝯueniunt
ꝑ se nature humane ⁊ ꝯsequēter sup
posito diuino cui natura humana
est vnita. O pie iesu q̄3 recte dixisti
ore. Mirabilis facta est sciētia tua
ex me. q2 almiflua tua incarnatōne
prioꝝ ꝑ hoꝝ scientia obstupuit au/
diens veritates ante insolitas vt ꝙ
immortale est mortale. Eternū est
temporale. Omnipotens est infirmꝰ
supdiues est egenus. immensum
est in virginis vtero clausum. vir/
go peperit. deus esurit ⁊c̄. Regula
tamē est notanda qua dicit̄ ꝙ in ꝓ/
positōne in qua aliquid de aliquo
p̄dicatur, nō solum attenditur qd̄
sit illud qd̄ p̄dicatur ⁊ de quo p̄di/
catur. sed etiam ꝑm quid Unde de
eodem supposito ⁊ subiecto p̄dicā/
tur in ꝯcreto ea q̄ sunt nature diui
ne. ⁊ ea q̄ sunt nature assumpte. sed
tn̄ dicunt̄ ea ꝑm q̄ p̄dicant̄ p̄dicata
Quinto pꝫ ꝙ ea q̄ sunt nature hu
mane nō possunt p̄dicari in abstra
cto de natura diuina nec econuerso
Patꝫ. quia huiusmodi nature ma
nent distincte. Sexta patet hanc eē
concedendam. deus factus est hō.
q2 deus incepit esse hō ex tp̄e. Nō
tn̄ hec ꝓprie est ꝯcedenda. hō vl' iste
hō factus est deus. quia ꝑm cōem
vsum subiectū ꝯsueuit capi mate/
rialiter ⁊ ꝓ supposito. ꝯstat aūt ꝙ il
lud suppositū est verbuꝫ dei qd̄ ab
eterno fuit deus. Qꝫ si ab aliquibꝫ
autenticis autoribus inueniat̄ tal'
aut ꝯsimilis loquutio debet expo/
ni ꝑ istam. factū est vt hō esset deus
Quia aūt regula est ꝙ ex verbis in
